



COLLECTION

DACTYLOGRAPHS

DE

VICTOR COUSIN

—
IV
—

PHILOSOPHES

1622 - 1806

BIBL. VICTOR COUSIN

Manuscrits

4

N° ancien

D^o Ludovico Majero S. P. D. B. d^e Spinoza.

Amice suavissime.

Prefationem, quam mihi per amicum nostrum de vries
misisti, ex tibi per eundem remitto. pauca, ut ipse videbis, in
margine notavi. Sed adhuc pauca supererunt, quae tibi per literas
significare consultius duxi. Nempe 1. ubi pag. 4. ~~ibi~~ lectores
mones, quâ occasione primam partem composuerim, vellem
ut simul ibi, aut ubi placuerit, etiam moneres me eam
intra duas hebdomadas composuisse. hoc enim praemonito
nemo putabit, hac adeo clare proponi, ut ~~de~~ quae clarius explicari
non possent, adeoque Verbulis uno, aut alteris, quod forte hic illic ob-
scurum offenderent, non haerebunt. 2^o vellem moneres me multa
alio modo quam a Cartesio demonstrata sunt demonstrare, non
ut Cartesium corrigam, Sed tantum, ut meum ordinem melius
retineam, et numerum axiomaticum non ita aigerem. et hac
etiam de causa multa, quae a Cartesio ~~videtur~~ sine ulla demonstratione
proponuntur demonstrare, et alia, quae Cartesius ~~missa~~ fecit, ad-
dere debuisse. denique enixissime te rogare volo, amice charis-
sime, ut illa, quae in fine scripsisti, id illum homunculum ~~missa~~
facere, et ipsas prorsus delere. et quamvis ad hoc te rogandum
multa me moveant rationes, unam tantum reddam, vellem
enim, ut omnes sibi facile persuadere possint, hac in omnium
hominum gratiam evulgari, teq^{ue} in hoc libello edendo solo Veritatis
propaganda desiderio teneri, teq^{ue} adeo maxime curare, ut hoc
opusculum omnibus gratum sit, hominesq^{ue} ad vera philosophia
studium benigne, atq^{ue} benigne invit^{are} ~~et~~. omniumq^{ue} utilitati
studere. quod facile unusquisq^{ue} credet, ubi neminem ~~sed~~ videbit.
nec aliquid proponi, quod alicui offensus esse potest. quod si tamen
postea vir iste, aut alius suum malevolum animum ostendere
velit: tum ejus vitam, et mores non sine applausu depingere
poteris. peto igitur, ut eousq^{ue} expectare non graveris, teq^{ue} exor-
re sinas, et me tibi addictissimum credas, atq^{ue}

Amicus de vries hac de causa
promississimè, sed quia nescit quando ad vos
reversurus est, per alium misit.

Amstelredamum 3 augusti

1663

Omni studio tuum
B. de Spinoza

BIBLIOTHEQUE
de
M^r COUSIN

*his tibi simul mitto partem
Scholii prop. 27. partis 2. sicut
pagina 75 incipit, ut ipsum
typographo tradas, et denuo
imprimatur.*

*hæc quæ hic mitto debent
necessario denuo imprimi
et ~~quædam~~ 14 vel 15 regula
addi debent, quæ commodè
possunt intertexi*